

Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium
Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias
Vincentii Caraffa, Societatis Iesu Praepositi Generali,
Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660


Paradisus, Gloriosa memoria Passionis Christi. Gradus 5.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](#)

L.

*Gloriosa memoria Christi, cum voce laudis;
& exultationis.*

Quia, sicut Beatus in Verbo semper præsentem habet
utam historiam vitæ Christi; ita continua laudibus
concessat laudare & celebrare cunctas actiones & ege-
ria facta à Christo pattata. Ea, quæ fecit in terris
pietissimus Salvator, aut oculis hominum magnâ ex-
 parte non patuerunt, & fuerunt abscondita; aut si
manifestata fuere, debitâ caruere laude. Verum in cœlis
totum patebit & evidenter cognoscetur, totumque ob-
jectum erit infinitæ gloriæ & honoris.



PARADISUS,

*Gloriosa memoria Passionis
CHRISTI.*

LI.

*Gloriosa memoria Passionis Christi, in glo-
riosa Dei visione.*

Batus cuncta quoque mysteria ad Passionem & mor-
tem Salvatoris spectantia cum omnibus corundem
circumstantiis in Verbo videbit. Videbit Christum
agonizantem, & sudantem sanguinem in horto, confor-
matum ab Angelo, comprehensum & ligatum à Judæis,
presentatum, examinatumque coram omnibus tribu-
tibus: cùdem visione videbit Christum flagellatum,

I. 2

spinis

spinis coronatum, illusum, ut stultum reputatum, ob-
brio hominum, & gentium opprobrio expositum: vide-
bitur cum denique Crucis suffixum, in eadem mortuus,
in novo sepulchro depositum,

LII.

*Gloriosa memoria Passionis Christi,
quinq[ue] glorioſissimis vulneribus
Salvatoris.*

Apoc.

Apoc. 4.
Richard.
de S. Viel.

Vident Agnum tanquam occisum. Vident sanctissimam
vulnera non in seipsis duntaxat, instar splendidissimæ
Solis reluentia in Divino illo cœlo Humanitatis Cri-
sti; sed etiam in verbo eadem visione beata, qua video
Deum. Quapropter S. Joannes in Apocalypsi videt
faciem Dei, similem colori gemmarum Jaspidis, simili
aspectui lapidis laſpidis & Sardinie, primus lapis effor-
loris viridis & transparentis: secundus est coloris rubri
ut nobis significaretur, quod in visione Dei non sola
transparens Divinitas, sed etiam sanguinea Christi ru-
nera videantur.

LIII.

*Gloriosa memoria Passionis Christi,
in sanctissimo Altaris Sacra-
mento.*

Et adem visione beata vident quoque Sancti in Verba
sacrosanctum Eucharistiae mysterium, idque non con-
templantur duntaxat, tanquam cibum vitz, & velut
pignus Divini amoris; verum etiam ut memoriam
Passionis Christi, & ut sacrificium in cruentum repre-
sentans crucis sacrificium, sub specie consueta
liberalitatis termino, & tanquam ultimo effectu ardens
tissimæ charitatis Dei, mirum Amoris Divini persentientium

cessum, & juxta mensuram amoris exultant in abyssō
quādam voluptatis & lētitiaz.

LIV.

Gloriosa memoria Paſſionis Christi,
& compassionis sanctissime
Matri.

Quemadmodum Beati in Verbo coſpiciunt totam
dolorofissimā Paſſionis Christi ſeriem & historiam;
ita quoque contemplatur totum progressum com-
paſſionis Matri ejus. Intuentur eam, ut perambu-
larem urbem Hierosolymitanam, & uoide per-
quirentem ſuum Filium, quem tūm ad mortem conduci
optimè noverat: ut pedi Crucis aſtantem, & immenso
dolorom immersam pelago: ut ſiu ſuo excipientem
anūcum ſuum perdiſetum Filium de cruce jam jam de-
poſitum: denique ut ſpectatricem ſepulturæ & ſe-
pulchri Christi, in quo & ipla ſpiritum pariter & cor ſuum
cyclicebat.

LV.

Gloriosa memoria Paſſionis Christi, in
cantico Angelorum.

Sancti Angeli memoria recolunt cuncta mysteria
vitæ & mortis Christi, & in particulaři pro beneficio
Paſſionis ſummas Salvatori nōſtro referunt gratias:
unde dicunt: *Tibi, Christe, ſit benedictio in Incarnatione, S. Bonaventura.*
Claritas in Nativitate, sapientia in Predicatione,
gratiarum actio in Paſſione, honor in Reruſſione,
virtus in Ascensione, fortitudo in Iudicij
consummatione.

I 3 PARA-